latus cùm ſobolem reliquam interfeciſſet omnem, hic unq Opis be-
ficiò, ut Poëtæ fabulantur, patria ira ereptus, in Ida Cretæ mon-
te clam educabatur. O quàm impoſſibilis hic porrò est timor!
Timor Jovis quàm impoſſibilis! Neutiquam timeri potest: pen-
quem nulla ſanctitas fuit. Constat id vel inde: quòd Jupiter
ſuo Parenti, à quo lucis hujus uſuram acceperat, injustiſsm bella
moverit: quod devictum ipsum neqſſimè carceri incluſerit: quòd
captivum fœdiſſimâ morte mulctârit. Horrenda hæc ſunt, et vix
immanitatem memoranda facinora! Facinora diris omnibq devo-
venda ſunt! Præprimis ubi et ipsam matrem malè tractâſſe id-
perhibetur. Vos v., V. A. ſubſiſtite paulisper et cogitate: quan-
toperè m. in viliſſimo capite vindicari ſoleat contemptus et læſio Pa-
rentum: quibus, t. ipſâ dictitante naturâ, arctiſſimô charitatis, hono-
Stobæus Serm. 74. ris ac reverentiæ vinculô obligamur. Contemptus ſanè Parentum,
ut ille ſapientiæ famâ, nominisq celebritate clariſſimq, omniumq
Græcorum piiſſimq Morum Magister Pythagoras docet, pecca-
genus est ejusmodi, quod in vivis ſimul ac defunctis divinitùs
damnatur, et ab hominibus odio habetur, et ſub terra in locô im-
piorum, unà cum reliquis improbis, à Nemeſi nec non infernali
Furiis, quæ his rebus inſpiciendis destinatæ ſunt, perpetuò pu-
nitur. Honestiſſima, imò divina Parentum facies horumq est
aſpectus: cultusq eorum tanti haberi debet, quanti nec Solis, ne-
omnium ſiderum, quum choreas ſuas ducunt, quanti et vix ulla
res alia à quoqſam æſtimatur. Deos equidem arbitror, ſi conte-
mni Parentes viderint, haudquaquam id eſſe toleraturos. Quamob-
rem et vivos et mortuos colere Parentes par est, nec eis unquam
contradicere. Verùm, ſi quid ignorent, morti aut animi decepti-
onis vitio conſolari atq doceri eos oportet, odiſſe nequaquam.
Majus n. inter homines peccatum admitti nequit, quàm erga
Parentes impietas. Hucusq, modò laudatus Autor, Vir ipſe ſapien-
tiſſimus, Philoſophq n̄pe ~~ille~~ Samius, Pythagoras, Latinô idiomate
his expreſſis, quæ Græco ille habet idiomate. Judicate mihi nun-
quæſò, Auditores, pro æquanimitate vestra, quis, qualis, ac quan-